



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LIX. Das heilige Geist - Kloster zu Salzwedel bekundet den Empfang einer
Schenkung und seine dafür übernommenen Verpflichtungen, am 21.
October 1305.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

nos Rodolfus nunc prepositus siue nostri successores in sepedicta ecclesia pecuniam antedictam pro hereditate traditam dicto preposito vel conuentui reddere decreuerimus, ex tunc dicti mansi sine quolibet femine ut supradictum est cum omnibus iuribus predictis ad ecclesiam predictam in Soltwedel et prepositum omni cessante impedimento et proculmota qualibet contradictione de- uoluentur et in perpetuum pertinebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duxi- mus apponendum. Testes vero sunt dominus Gherardus de Walstoue, dominus Zabellus plebanus de Veloue, Johannes Hartuici, Thidericus Godescalci, Johannes Stefowe, Thidericus Hartuici et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M^o. CCC^o. quarto, in die B. Cecilie virginis gloriose.

Gersfen's Dipl. I., 287, 288.

LIX. Das heilige Geist-Kloster zu Saltwedel bekundet den Empfang einer Schenkung und seine dafür übernommene Verpflichtungen, am 21. October 1305.

Ad futuram rei geste memoriam, Nos Albertus, dei gratia prepositus, Johannes, prior, totusque conuentus monasterii Sancti Spiritus extra muros Saltwedele recognoscimus publice literas per presentes, quod per donationem piam dilecti nobis Hinrici pellificis, intra septa nostre curie nobiscum demorantis, recepimus XL. marcas Brandenburg. argenti, pro quarum recompensatione debita nos obligauimus in una missa in perpetuum ad altare sancte crucis in nostra ecclesia pro salutis sue et suorum remedio diebus singulis celebranda. Quod si forte casibus inopi- natis superuenientibus sine causa rationabili facere nollemus aut etiam non possemus, Consules civi- tatis Saltwedel, qui pro tempore fuerint, eidem altari pro missa celebranda in sacerdote ydoneo prouidebunt, cui sacerdoti durante sue ministrationis tempore nos annis singulis dabimus IV. choros siliginis de prouentibus nostre curie in Perwer, eadem pecunia pro parte comparatis, donec nos nostris successores decreuerimus ejusdem altaris officium seu celebrationis ministerium reassumere, ad quod faciendum nobis nostrisque quocumque valuerimus facultas libera permanebit. Ceterum repromittimus, si prememoratum Henricum post festum sancti Martini mori contigerit et VI. choros siliginis quos eidem annis singulis de nostra ecclesia damus non perceperit, nos illos semel VI. da- bimus claustris videlicet Medinge, Ysenhagene, Distorpe, Arnesse, Creuese et Sehufen, ita quod cuilibet monasterio unum demus tantum. Si vero jam dictos VI. choros idem Hinricus perceperit seu ipse ante festum Sancti Martini mortuus fuerit, tunc illos de suis bonis ubicunque ea habuerit, sumere debebimus et jam dictis VI. claustris cuilibet unum presentabimus. In cuius dona- tionis et repromissionis euidentiam sigilla nostra tenori presentium sunt appensa. Actum anno domini M^o. CCC^o. V^o. in die undecim Milium virginum.

Nach dem Originale des Salz. Archives XXXV, 30.